

qui per gratiam male judicassent: ideoque suspectum id esse iudicium, & causam retrahendam apud alios minime suspectos. Hoc loco castigatus pro rei veritate loquitur Augustinus, negans ullam fuisse ab Ecclesia iudicio interjectam appellationem, quantumvis obloquatur Optatus, qui quilibet adversus quodcumque iudicium reclamationem appellationis nomine significari credidit. Aliud quippe est appellare ab inferiori & subalterno tribunal ad tribunal superius: aliud vero iudicium revisionem postulare ac recognitionem, tamquam a manu informatis, seu de rei veritate minus instructis, aut suspectis, iudicibus editi.

4. Idemque Augustinus lib. 2. contra litteras Petilianas cap. 92. Si autem (inquit) quod veram esse poteritis tam majoribus vobis iudicium Episcopale dederat Constantinus, & apud Romanos & apud Arelatem, quorum primum apud eum accusatis & ab altero apud eum appellatis. Negat Augustinus appellatum a Summi Pontificis iudicio: conceditque appellatum ab Episcoporum Concilio minime oecumenico. His additum nullum esse in facto temere litigantium (quales erant schismati Domatika) fundamentum. Etiamvero Constantini pericibus acquiecerit in hac re, ideo se ita gessit ut omnem ei prariperet occationem & praetextum conquerendi ac tergiversandi: utque iteratis condemnationibus iuste succumbentes, vel tandem a sua perversitate resiliunt, vel eosdem ipsorum malitia, palam cunctis innotescens, omnibus magis faceret odiosos. Ipsomet Constantinus eorum admirans vesanam proterviam exclamavit: O rabida furoris audacia! sicut in caussis gentilium fieri solet, appellatione interpolaverunt. Et idem rursus: Memori iudicium pestulant, qui ipse iudicium Christi exspecto. Dico enim ut se veritas habeat, Sacerdotum iudicium ita debet haberi ac si ipse Dominus residens iudicet. Hac refert Optatus, ipsiusque Constantini epistola nihil aliud fuit, quam iudicium Episcoporum confirmatio. Verum nulla Decreti Imperatorii ratione habita schismati turbas misere non desisterunt. Deinde sub Constantio Arianos pacem cum Ariani, indicito communis adversus Orthodoxos bello, sanxerunt. Juliani deinde Apostatae praevidit sibi postulavere, qui restituere ubique terratum idololatriam, nihil magis habebat in votis quam ut Christiani nominis professores se invicem mutuis odii conficerent.

5. Qua in Donatistarum causa, mandante Constantino Augusto, & approbante Papa Sylvestro, apud Arelaten Synodus anno 314. convenit, multis nominibus celebritatibus habet: quippe in qua Constantinus per se interfuit, & innumeris propemodi Episcopi ex universa Gallia, Britannia, & Hibernia, Italia, Sicilia, & Africa eo confluxerunt. Interfuerunt pariter Summi Pontificis Legati Claudio & Vito Presbyteri, Eugenius & Cyriacus Diaconi. Afferit Ado Viennensis in Chlornico, sexcentos in istud Concilium Patres accessisse. Meminere passim hujus Synodi Optatus Milevitanus Episcopus & Augustinus; qui ambo egregios libros adversus scripta Parthenianorum exarant. Parthenianus iste sublato e vivis Donato Carthaginis Pseudoepiscopo, a Donatista fuit subrogatus; qui mox ut Cathedralm illam natus est, libros edidit in sue secte patricinium, mendaciis confertos. Quorum tamen partem Ticonius, tamet Donatista, cuius est frequens apud Augustinum mentio, contraria scriptis impugnavit. Concilium Arelatenense Augustinus lib. 2. de Baptismo cap. 9. & epist. 16. vocat plenarium & universale, atque universa Ecclesia Concilium. Non fuit quidem generale Concilium seu oecumenicum, nec proprie loquendo Nationale ex una quipiam natione, qualia penultima visuntur in Conciliis collectionibus, Italica, Germanica, Gallica, Hispanica, Carthaginensis seu Africana: istud vero ex plurimi nationibus Occiduis collectum est, quae Patriarchalem Romani Pontificis constitutum dignitatem ab illa distinctum, quam eidem Christus contulit in universalem totu' orbe diffusam Ecclesiam. De Antiflum numero qui Synodo interfuerunt, non esse Adoni Viennensi habendum fidem viri docti conscient, sexcentos confidit Episcopos pertinenter, sed potius adhuc Augustino de ducentis attestant lib. 1. contra epist. Parthenianum, cap. 5. Usque adeo dementes sunt homines (inquit) ut ducentos judices, apud quos vici sunt, vixit litigaturibus credant esse postulendos. Præterea admodum verosimile est, Marinum Arelatensem his præfatis comitis, eique Sylvestrum Romanum suas communis vices: quandoquidem primus in epistola Synodali nominatur, tum quia secundum Arelatense Concilium can. 18. ita decernit: Ad Arelatenis Episcopi arbitrium Synodus congreganda: ad quam urbem ex omnibus mundi partibus præcipue Gallicana, sub sancti Marini tempore celebratum fuisse Concilium arguitur. Si quis commonitus infirmitatis causa deferrit, personam vice sua dirigit.

8. Canon V. De theatricis, & ipsis placuit quandiu agunt, a communiene separari.

Eadem infligitur poena superiori can. 4. agitoribus Circensibus. Concilium Illiberitanum c. 62. ita decernit: Si auriga aut pantomimus credere voluerint, placuit ut prius suis arbitris renuncient, & tunc demum fasciantur: ita ut ulterius ad eas non revertantur. Quid si facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab Ecclesia. Idemque Concilium can. 67. Prohibendum ne qua fidelis, aut catechumen, aut comicus aut viros scénicos

6. Canon I. Primo loco de observatione Pasche Domini, ut uno die & uno tempore per orbem omnem a nobis celebretur, & juxta consuetudinem litteras ad omnes tu diregas.

Alloquitur Sylvestrum Papam. Inscriptio enim Concilii si habet: Domino Santissimo Fratri Sylvestro Merianus, vel cetero Episcoporum qui adunati sunt in oppido Arelatense: His concinit Carthaginensis quinti Concilii canon 7. Ut dies Pasche formatarum subscriptionem omnibus iniminetur. Neminem lacet gravis illa Ecclesiastum jam inde a primo seculo diffusio circa diem celebrationis paschalis. Haud paucæ enim Orientis Ecclesiæ Pascha eodenquo quo Iudei die celebrabant ex Mosaica lege decimaquarta luna mensis Martii, Hebraicamenti Nisan respondenti. Cuius tuendi ritus gratia S. Polycarpus Ecclesiæ Smyrenensem Episcopus Romanum advenit Pontifice Aniceto. Romana vero Ecclesia, cui major pars orbis se conformabat, paschale festum non nisi Dominicis die, qui proxime decimam quartam Martii lunam sequitur, celebrabat. Quem usum constituit deinde Romanus Pontifex Victor per omnes Ecclesiæ servari, adiecta excommunicationis adversus controvenerentes poena. Cui deum decreto complures Asiae Ecclesiæ obtemperantes, desierunt Judaico ritu, quem olim sectata fuerant, uti. Multa tamen que in Mesopotamia, Syria, & Cilicia erant Ecclesiæ a pristina cum Iudeis confutudine non receruerunt: sed postea Nicenii Concilii decretis paruerunt. Quoniam vero Egypti Astronomæ peritia præcellebant, curam pronunciandi quotannis Dominicæ Paschalis diem, Nicena Synodus Alexandrinus Praefuli demandavit: ut diem illum accurate ab Astronomis exploratum Romanis Pontifici indicaret, cujus erat officium evanidum postea diem, missis per omnes Ecclesiæ formatis litteris, indicare: ut tradit S. Leo Papa Magnus in epist. 64. ad Marcianum Augustum. In cunctis deinde Ecclesiæ solemnè erat per Diacounum inter Missarum solemnia futurum Pascha diem ipso Epiphania die ad populum proclamari: ut docemur Concilii Aurelianensis quarti can. 1. & Bracarense secundi can. 9. qui legitur insertus de consecrat. dist. 3. cap. placuit. Plura superioris require ad seculum II. Difc. 7. De litteris formatis.

7. Can. II. De his qui in quibusdam locis ordinati fuerint ministri, in iis locis perseverent. Eodem spectat hujusce Concilii can. 21. De Presbyteris aut Diaconibus, qui solent dimittere loca sua, in quibus ordinati sunt, & ad alia loca se transferunt, placuit ut eis locis ministeri quibus præfici sunt. Quid si relatives locis suis ad alium se locum transferre voluerent, deponantur.

Ambobus hisce Canonibus tria præscribuntur Ecclesiastica disciplina capita. Primum, ut quicunque ordinis quovis Ecclesiastico initiantur, certa pariter Ecclesiæ alligantur, cui per suscepionem Ordinum ministerium deseruant. Secundum, ut eis non sit liberum ab Ecclesiæ ministerio cui ab ipsa ordinatione addicti sunt discedere, aut alio suum pro liberto transferre ministerium. Tertium, ut postea susceptionis ab executione Ordinum incurant, qui a præfici sibi statione discedere, aut alibi Ordines suscepit exercere circa veniam proprii Antiflum presumptent. His asperguntur Nicenus can. 15. quo caverunt ne Episcopi, Presbyteri, & Diaconi ab Ecclesiæ, ad quas sacerdotes ordinati, in aliam Ecclesiæ ministerium transirent. Et citatur in c. non oportet Episcopum, 7. q. 1. Suffragant patiter can. 6. Chalcedonensis concilii prohibens quemquam absolute ordinari, sed in ipsa sui ordinatione iubens definiti certe cui famuletur Ecclesia: & profertur a Gratiano, c. neminem absolvit, dist. 7. Eodem collignant Canones Apostolorum 15. & 16. quibus etiam pena excommunicationis infligitur Episcopo alienum Clericum detinente invito, ad quem Clericus pertinet, Episcopo. Regulam istam aliquia ex parte instaurare connivit est Tridentinum Concilium, less. 23. cap. 16. Nemo (inquit) ordinetur quin certe Ecclesiæ afferatur. Nec admittantur alieni Clerici ad divina Officia celebranda, sine commis. epist. Parthenianum, cap. 5. Usque adeo dementes sunt homines (inquit) ut ducentos judices, apud quos vici sunt, vixit litigaturibus credant esse postulendos. Præterea admodum verosimile est, Marinum Arelatensem his præfatis comitis, eique Sylvestrum Romanum suas communis vices: quandoquidem primus in epistola Synodali nominatur, tum quia secundum Arelatense Concilium can. 18. ita decernit: Ad Arelatenis Episcopi arbitrium Synodus congreganda: ad quam urbem ex omnibus mundi partibus præcipue Gallicana, sub sancti Marini tempore celebratum fuisse Concilium arguitur. Si quis commonitus infirmitatis causa deferrit, personam vice sua dirigit.

8. Canon V. De theatricis, & ipsis placuit quandiu agunt, a communiene separari.

Eadem infligitur poena superiori can. 4. agitoribus Circensibus. Concilium Illiberitanum c. 62. ita decernit: Si auriga aut pantomimus credere voluerint, placuit ut prius suis arbitris renuncient, & tunc demum fasciantur: ita ut ulterius ad eas non revertantur. Quid si facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab Ecclesia. Idemque Concilium can. 67. Prohibendum ne qua fidelis, aut catechumen, aut comicus aut viros scénicos

scénicos habeat: quæcumque hoc fecerit a communione arrebat. Videns Tertullianus lib. de spectaculis, & Salvianus lib. 5. de Providentia Dei. Itiusmodi persona in iure sunt infames, l. 2. ff. de his qui not. infam. Trajanum Plinius in panegyrico laudibus effert hoc ipso, quod pantomimos omnes Roma exegerat. Innocentius III. c. cum decorum, de vita & hon. Cler. ludos theatrales in Ecclesiæ, aut per Clericos exhiberi vetat.

9. Can. VII. De Presribis qui fideles ad presidatum profiliant, placuit, ut cum promoti fuerint, litteras accipiant Ecclesiasticas communicatorias: ita tamen ut in quibuscumque locis gesserint, ab Episcopo ejusdem loci cura de illis agatur, & cum cooperant contra disciplinam agere, tum denus a communione excludantur. Similiter & de his qui rempublicam agere volunt.

Optime provisum: ne missi ad Provincias Magistratus, immunitatem a jurisdictione Episcopi ejus loci, ad quem a Principe mittuntur, pretenderent, utpote ad solum loci ex quo profecti sunt Episcopum pertinentes; animunque habeantes discedendi post magistratus sibi delegati gestiōnem, eoque prætextu concessa sibi abutentur potestate, seque licentiosus gererent. Hoc vero decretum Constantinus, qui Concilio interfuit, sua præsencia confirmavit. Ambrosius certe non in advenam officialem, sed quod plus est in advenam Imperatorem Theodosium seniorem, tunc forte Mediolanum degentem, Episcopalem exercuit potestat, quando ipsum introitum Ecclesia prohibuit, & ad publicam adegunt punitentiam. His adjunge confitans esse juris axioma, ibi causam effe ventilandam, ubi delictum est admissum, l. 1. C. ubi de crim. agi opor. 1. ult. ff. de accusatione. & c. ibi semper 3. q. 6. & c. ult. de foro compet. & c. 1. de rapto. Prærequisit autem hic Arelatenis canon, ut delegatus Episcopi, antequam ad delegatum sibi præfecturam migret, litteras ab Episcopo loci, unde abcefurus est, formatas recipiat, secundum regulam Ecclesiasticam prioribus illis facultis apud fideles vigentem.

10. Canon VIII. De Afris quod propria lege sua utuntur, ut rebapizent: placuit ut ad Ecclesiam aliquis de heresi venerit, interrogent, symbolum: & si poverient cum in Patre & Filio & Spiritu sancto esse baptizatum, manus tantum ei imponatur ut accipiat Spiritum sanctum. Quid si interrogatus non responderit hanc Trinitatem, baptizetur.

Hoc anno & consulatu nondum Ariana hereticus innotuerat, cum qua mox Donatistae societatem junxerent. Certe anno primo Sylvestri Pontificis hoc Arelatense Concilium celebratum confit, Volusiano & Anniano Confribus. Arius vero Sylvestri ejusdem anno tertio coepit Alexandria heresim suam spargere. Eodemque anno Alexandrinus Antistes Alexander, ut nascentem heresim comprimeret, in Synodo centum fere Episcoporum Arium damnavit. Itaque corrugendus Gratianus, qui hunc allegans Canonem octavum pro Afris, supponit Arianos, de consecr. dist. 4. cap. de Ariano. Tunc enim needum Ariana heresem enterferat; sed eousque furent odio adversus Catholicam partem perciti erant Donatisti, ut quicunque seductos ad suas partes traxerant, nulla ratione habita baptismi, quem apud Orthodoxos suscepserant, sed illum potius execrantes, denuo baptizarent: majori temeritate dogma vetus instaurantes, quod sub Episcopis Carthaginensis Agripino, & Cypriano, duabus Conciliis Africanis stabilitum, Stephanus Pontifex in Romano Concilio auctoritate Apostolicæ traditionis proscripterat.

11. Canon IX. De his qui Confessorum litteras afferunt; placuit, ut sublati eis litteris accipiant communicatorias.

Istarum communicatoriarum concessionem muneris erat episcopalis. Canone isto abolevit libellorum usus a Martyribus & Confessoribus proficiens, quorum intuito & precibus, canonice punitentia tempora minuere solebant Episcopi, atque lapsi ante præsunitum tempus reconciliabantur. Eiusmodi libellorum ullam haberi rationem veterat Illiberitanus canon 25. Illorum pariter meminere, nec fine querimonis, quod per illos faciliæ discipline vigor enervaretur, Tertullianus lib. ad Martyres, & Cyprianus epist. 10. 11. 12. 14. 15. Illa punitentia canonica ad Martyrum preces concedi olim solita mitigatio, Indulgenter hodierni præludebat: ut ad Cyprianum Scholasticum Pamelius adnotat.

12. Canon XI. De pueris, fidelibus que gentilibus juguntur, placuit ut aliquanto tempore a communione separarentur.

Cultus disparitas prioribus Ecclesiæ fidelibus non fuit habita pro impedimento matrimonium dirimente, mulier Cabassutii, Notitia Ecclesiastica.

tum enim obstitisset Christianæ fidei propagationi, magnisque confusione & dissidia in familias invexisteret. Quapropter hanc dispositionem Christus Ecclesiæ sui regimini & prudentia reliquit. A primordiis igitur Ecclesiæ prevaluit hæc Apostolica sanctio 1. Cor. 7. Si quis frater uxorem habet infidelem, & haec consentit habere cum illo, non dimittat eam. Et si qua mulier fidelis habet virum infidem, & haec consentit habere cum illa, non dimittat virum. Sanctificata est enim vir infideli per mulierem fidelem: & sanctificata est mulier infideli per virum fidelem: aliqui filii veltri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Quid si infidelis discedit, discedat: non enim servit subjectus ei frater aut soror hujusmodi; in pace autem vocavit nos Deus. Postquam vero Christiana religio sub Constantino caput extulit, vium est Patribus hujus Synodi, non quidem hujusmodi prohibere matrimonia; sed aliquam illis ponam quasi remotam inicere, qua sensim posterioribus facultis via muniret ad hanc prohibitionem qua deinceps hujusmodi connubia redederet irrita.

13. Canon XIII. De his qui sacras Scripturas tradidisse dicuntur, vel vafa dominica, vel nomina fratrum suorum: placuit nobis ut quicunque eorum ex actis publicis fuerit deteñebus, non verbis nudis, ab ordine Clericorum amoreverat. Nam si idem aliquis ordinasse fuerit deprehensus, & de his quos ordinaverint ratio subficit, non illis obstat ordinatio. Et quoniam multi sunt qui contra Ecclesiasticam regulam pugnare eviduntur, & per testes redemptos putant se ad accusationem admitti debeare, omnino non admittantur: nisi ut supra diximus actis publicis docuerint.

Tria provide Patres Canone isto decernunt, ut Donatistarum malignitatibus prætextus subducant Ecclesiæ perturbandæ. Primum, ut sufficienter convicti tradidores, quales permitti erant inter Donatistas, ab ordine Clericorum & ministris Ecclesiæ arceantur. Deinde quia illorum perditæ nequitia veris convictionibus destituta, fallos testes pretio conducebat, ejusmodi corruptioni obviandum adiungunt ad probandum per acta dumtaxat publica traditionis, ceteraque ab illis objecta delicta. Perfacili autem erat hujusmodi probatio si criminis vera essent, quæ accusabat. Etenim lapsus illi omnes a Magistratibus ethnici fuerant in acta publica redacti, idolatria, thurificationes, fratrum delationes, sanctorum Librorum aut Ecclesiasticae supellecitis traditiones. Ad illa quippe acta, redditæ denum sub Christiano Imperatore Ecclesiæ pace, facilis erat unicuique recursus. Tertium ac postrem si quis objecti criminis innocens, manuum impositionem ab Episcopo suscepisset, qui forsan lapsus fuit, ne hujus delicto prægravaretur: sed ejusmodi rata effet ordinatio. Et utique ordinatoris delicto non impeditur, neque tollitur indelebilis characteris potest. Talis vero erat causa Cæciliiani status, ab Episcopo Felice confermati, quem adversarii causaibant traditionis reum.

14. Canon XIV. De his qui falso accusant fratres; placuit eos usque ad exitum non communicare.

Cæciliatum falso accusabant Donatistæ subtractarum elemosynarum, quas pia, fidelium cura victui Confessorum, qui in vinculis erant, destinaverat. Et insuper eundem traditionis postulabant sciente persecutione, quorum nihil tamen juridice probare valuerat: nisi forte per corruptos & suspectos testes, nullatenus per acta aut instrumenta publica. Potest ite canon sic intelligi, ut ad finem vitæ differatur, tandemque concedatur communio, sed in pari delicto superior est Illiberitanus Conc. can. 75. Si quis Episcopum, Presbyterum, vel Diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.

NICÆNÆ PRIMÆ OECUMENICÆ

Synodi historia.

1. Nunc agendum de prima oecumenica Synodo Nicæna, cui causam dedit heres Ariana, Arius Presbyter Alexandrinus sacrarum Litterarum interpretatione præpositus, ambitione tumens; quum sublati evisus Achilla Episcopo Alexandrino, fere non posset sibi hunc Episcopatum quem ambiverat, non sive delatum, sive prælatum Alexandrum, virum hac sublimi sede dignissimum, virtutum meritis & sanctarum Litterarum peritia præminentem, invidia stimulis agitatus, adoritus quocumque modo sanæ Apostolicaeque illius doctrinæ obsistere. Predicante igitur Alexandro,